

me ipsum , ut ubi sum ego , O vos sitis . Neminem saturum puto , qui non agnoscat , mansiones Apostolis parandas fuisse in Cœlo , atque in sede omnium felicitatum , quum illas diserte Salvator statuat in domo Patris mei . At eequando in eas Mansiones Apostolis futurus est locus ? Si Burnetus auseultandus , neque post annos 1700. paratus eius fuit locus , neque illum quisquam obtinuit ; & inde erunt exclusi Justi omnes fortassis adhuc per aliquot alia annorum Millia , scilicet donec Mundo finis adveniat . Nonne hac ratione ridenda incredulis exhibentur divinae Scripturæ ? Quippe aut impotentiam in parando , aut promissi oblivionem , aut illudendi voluntatem Christo Domino incaute tribuit Burnetus . Verba Salvatoris , eorumque contextus hunc unum sensum præbent cuicunque videre volenti : Verum quidem est , me discessurum a vobis : quod permolestum vobis agnosco . Verum in Cœlo non mibi tantum , sed O vobis excipiens est locus . Id non semel dixi vobis . Bene ergo vobis erit , si abierto , ac præcessero tamquam præcursor , hospitium vobis in eadem beata domo paraturus . Nam hoc factio , quum ex Munde eritis O vos abituri , rursus ad vos veniam , O vos mecum accipiam . in Regnum Patris mei vos introducturus , ut semper ubi sum ego , O vos sitis , cōbrederes O participes meæ felicitatis . Quare non moror , sed gaudio discessus meus futurus est vobis . Animadverte illud Venio pro Veniam , quod celeritatem redditus sonat . Secundum Burneti somnia dicturna fuissest Jesus : Vale parare vobis locum extra dominum Patris mei , ubi per aliquot annorum milia dormietis , sive requiescetis . Sed ab hujusmodi imaginatione manifeste abfusa Salvatoris verba : In domo Patris mei , ait in Regno Cœlesti , ubi ero & ego , vado parare vobis locum . In præced . quoque cap . xiiii . 36. interroganti Petro : Domine , quo vadis ? Respondit Jesus : Quo ego vado , non potes me Modo sequi . Sequeris autem Postea . Propterea Chrysoft . Hom . xi . in cap . vi . ad Hebr . Præcursor , ait , pro nobis introiit Christus . Præcursor autem est aliorum Præcursor , sicut Johannes Christi . Et non dixit solum introiit sed ubi Præcursor pro nobis introiit ut pote quod nos quoque debeamus ei pervenire . Non est enim multum interstitium inter Præcursem , O eos , qui sequuntur ; nam alioqui non esset Præcursor . Neque , ut rursus repeatam , excoigitandum est , quoties in sacris Litteris Christus venire , & Christi adventus auditur , singula ea loca unum significare novissimum diem , quo Deus judicaturus est Orbem in equitate . Præter magnificentum , omnibusque visibilem illius Adventum in fine Mundi , jam didicimus esse alios Salvatoris Adventus , sed occultos & peculiares . Unus inter alios statuendus , quam Justi ex Munde abituri sunt , ut eos Christus suscipiat , atque in Regnum claritatis suæ introducat . Miror , si sit , qui hæc in dubium vertat , quando fatis aperte de aliis Adventibus Christus ipse nos monuit . Utique ait Joh . xiv . 23. Si quis diligit me , sermonem meum servabit : O Pater meus diliçet eum , et ad eum Venimus , et mansionem apud eum faciemus . Ad hæc Jesus ipse ad suscipiendum Stephani morientis spiritum , se visibilem præbuit . Tum Luc . xiiii . 36. inquit : Vos similes hominibus

De Par .

C

ex-